



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Divi Avrelii Avgvstini Hippon. Episcopi Meditationes, Soliloquia et Manuale**

**Augustinus, Aurelius**

**Coloniae Agrippinae, 1649**

Hymnus de gloria paradisi, Petri Damiani Cardinalis Ostiensis, ex dictis B.  
Augustini, 26

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54885)

Qui diligit me, diligitur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.

## C A P V T XXVI.

*Hymnus de gloria Paradisi Petri Damiani Cardinalis Ostiensis, ex dictis B. Aug.*

1. **A**D perennis vitæ fontem mens siti-  
vit arida.

Claustra carnis præsto frangi clausa quarit  
anima.

Gliscit, ambit, eluctatur exul frui patria,  
Dum pressuris ac ærumnis se gemit obno-  
xiam.

Quam amisit, cum deliquit, contemplatur  
gloriam.

Præsens malum auget boni perditæ me-  
moriæ.

2. Nam quis promat summæ pacis quanta  
sit lætitia?

Vbi vivis margaritis surgunt ædificia:

Auro celsa micant tecta, radiant triclinia.

Solis gemmis preciosis hæc structura ne-  
ctitur.

Auro mundo tanquam vitro urbis via ster-  
nitur.

Abest limus, deest firmus, lues nulla cer-  
nitur.

Hyems horrens, æstas torrens, illic nun-  
quam saviunt.

Flos perpetuus rosarum, ver agit perpe-  
tuum.

3. Candent lilia, rubescit crocus, sudat  
balsamum.

Virent prata, vernant fata, rivi mellis in-  
 fluunt.  
 Pigmentorum spirat odor, liquor & aro-  
 matum.  
 Pendent poma floridorum non lapsura ne-  
 morum.  
 Non alternat Luna vices, Sol vel cursus  
 siderum.  
 Agnus est foelicis urbis lumen inocciduum.  
 Nox & tempus desunt ei, diem fert conti-  
 nuum.  
 Nam & sancti quique velut Sol præclarus  
 rutilant.  
 4. Post triumphum coronati mutuo con-  
 jubilant.  
 Et prostrati pugnas hostis jam securi nume-  
 rant:  
 Omni labe defœcati, carnis bella ne-  
 sciunt.  
 Caro facta spiritalis, & mens, unum sen-  
 tiunt.  
 Pace multa perfruentes, scandalo non per-  
 ferunt.  
 Mutabilibus exuti repetunt originem.  
 Et præsentem veritatis contemplantur spe-  
 ciem.  
 5. Hinc vitalem vivi fontis hauriunt dulce-  
 dinem.  
 Inde statum semper iidem exeuntes ca-  
 piunt.  
 Clari, vividi, jucundi, nullis patent casibus.  
 Absunt morbi semper sanis, senectus juveni-  
 bus.

Hinc

Hinc perenne tenent esse ; nam transire  
transiit.

Inde virent , vigent , florent , corruptela  
corrui.

Immortalitatis vigor , mortis jus absor-  
buit.

Qui scientem cuncta sciunt , qui nescire ne-  
queunt.

Nam & pectoris arcana penetrant alteru-  
trum.

6. Vnum volunt , unum nolunt , unitas est  
mentium :

Licer cuique sit diversum pro labore meri-  
tum.

Charitas hæc suum facit , quod dum amat  
alterum.

Proprium sic singulorum commune fit om-  
nium.

Vbi corpus , illic jure congregantur A-  
quila.

Quo cum Angelis & sanctæ recreentur  
anima.

Vno pane vivunt cives utriusque patriæ.

Avidi , & semper pleni , quod habent desi-  
derant.

Non satietas fastidit , neque fames cruciat.

Inhiantes semper edunt , & edentes in-  
hiant.

7. Novas semper harmonias vox meloda  
concrepat.

Et in jubilum prolata mulcent aures or-  
gana.

Digna per quem sunt victores Regi dant præ-  
conia.

Fœlix cali quæ præsentem Regem cernit  
 anima,  
 Et sub sede spectat alta orbis volvi machi-  
 nam:  
 Solem, Lunam, & globosa cum planetis  
 sydera.  
 Christe, palma bellatorum, hoc in muni-  
 cipium  
 Introduc me post solutum militare cingu-  
 lum;  
 Fac consortem donativi beatorum civium.  
 Proba vires inexhausto laboranti prælio:  
 Ut quietem post præcinctum debeas eme-  
 rito,  
 Teque merear potiri sine fine præmio,  
 Amen.

## CAPVT XXVII.

*Laus continua, quam facit anima, ex contem-  
 platione superna divinitatis.*

1. **B**enedic anima mea Domino, & omnia  
 quæ intra me sunt, nomini sancto  
 ejus. Benedic anima mea Domino, & noli  
 oblivisci omnes retributiones ejus. Benedi-  
 cite Domino omnia opera ejus, in omni  
 loco dominationis ejus: benedic anima mea  
 Domino. Laudemus Deum, quem laudant  
 Angeli, adorant Dominationes, tremunt  
 Potestates: cui Cherubim & Seraphim in-  
 cessabili voce proclamant: Sanctus, San-  
 ctus, Sanctus. Iungamus voces nostras  
 vocibus Angelorum sanctorum, & com-  
 munem Dominum laudemus pro modulo  
 nostro.

2. Illi